

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilea Sacra Sive Episcopatvs Et Episcoporvm
Basileensivm Origo Ac Series**

Sudan, Claudio

Brvntrvti, 1658

16. Iringus sive Fringus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

^{Anno} ferè hactenus, ut non nisi unius alte-
^{Christ.} riusve jacturam de suis faceret. Hanc
 victoriam recenter, uti & præceden-
 tem cladem depinxit Andreas Brun-
 ner è Societate IESV celebris scri-
 ptor tom. 2. historiæ Bavaricæ.

895.

I R I N G V S,

S I V E

F R I N G V S.

Basileensis Episcopus.

X VI.

In oppido Tribure (vicus est nunc Moguntiam inter & Oppenheimum) operâ maximè Ottonis Moguntini Archiepiscopi, præsente Arnulpho Rege, celebrata est synodus Triburiensis mense Maio, 895. Ita Regino, tomus 2. Concil. & Baron. tom. 9. Ei legitur interfuisse Iringus Basileensis Episcopus. Trithe-

nius

mius etiam luculentam huius Syno-
di mentionem facit in Hirsaugensi ^{Anno} ^{Christi}
Chronico, ubi pag. 29. recenset Ar-
chiepiscopos, Episcopos, Abbates
aliisque complures, qui interfue-
runt.

ADALBERO I. ^{905.}

Basileensis Episcopus.

XVII.

ADALBERONIS huius meminerunt
Annales Eremi, sive Einsidlen-
ses, hac occasione. Post necem S.
Meinradi, inulta, & inquilino vacua
mansit Eremus quadraginta anno-
rum spatio, donec Benno (Benedi-
ctum alij nominant) Burgundiæ re-
gum prosapia illustris, Argentinien-
sis Ecclesiæ, tunc temporis, Canoni-
cus, ad solitariam sanctitatem aspi-
rans, contemptis dignitatibus, &
negotiosam vitā pertæsus, unà cum

H s paucis